





SIGILL : COLL : HARVARD : CANTAB : NOV : ANGL : 1650.
CHRISTO ET ECCLESIAE
BOUGHT WITH
THE INCOME FROM THE
SUBSCRIPTION FUND
BEGUN IN 1858.
23 Jan 1873.



ARGUMENTATIONES SOCRATICAE

NONNULLAE

IN

PLATONE,

SIMUL DIALECTICA SOCRATICA SIMUL GRAMMATICA DUCE,

EXPEDIUNTUR.

ACCEDIT

INQUISITIO LOCUTIONUM ALIQUOT ATTICARUM.

SCRIPSIT

R. B. HIRSCHIG.

LUGDUNI BATAVORUM

E. J. BRILL

1862.

ARGUMENTATIONES SOCRATICAE

NONNULLAE

IN

PLATONE,

SIMUL DIALECTICA SOCRATICA SIMUL GRAMMATICA DUCE,

EXPEDIUNTUR.

ACCEDIT

INQUISITIO LOCUTIONUM ALIQUOT ATTICARUM.



Οὐκ οἶδ', ut Platonis verbis utar, *εἰ πώποτ' ᾔσθην οὕτως; ὥσπερ νυνί;* aliquantulum enim otii tandem nacto redire mihi licuit ad Platonem contigitque argumentationes Socraticas, in quibus scribae pessum dederunt medium Gorgiam, remedio simul e dialectica Socratica simul e grammatica petito sanare. Qua felici fortuna in emendandis argumentationibus nunc primum usus haec inventa publici juris facere propero. Itaque in his grammatica tanquam *ἔφεδρος* excipiet eum, quem argumenta e dialectica Socratica allata non *τιτρώσκει*. Erunt fortasse qui judicent, hoc quasi

ἀμφιθηγεῖ cultello non opus esse, argumenta e grammatica petita omnino sufficere rati. Verum ego contendo neutra horum argumentorum contemnenda esse, sicut neutra eorum contemni possunt, quae ligatam orationem emendanti critica suppeditat. Praeterea eo consilio haec edere placuit mihi, ut liquido appareat, ejusdem generis mendas esse, quas, sola dialectica suffragante, et quas, grammatica simul egregie suffragante, ex disputationibus Socraticis eximendas censeam. Atque tantam evidentiam ex duplicibus his argumentis elucere et hujusmodi emendationibus accedere, lectores credo intellecturos et concessuros, ut etiam facilius approbaturi sint et eas hujus generis emendationes, quae solis argumentis e dialectica petitis confirmentur, et eas, quibus sola grammatica suffragetur. Argumentatione enim una et altera emendata, nonnullos locos expedire conabor, in quibus eadem sunt vitia, quibus claudicant argumentationes illae, sed in quibus emendandis nullam opem ferre potest dialectica, cum nulla in iis insit argumentatio Socratica. Postremo autem accedet his dictionum aliquot Atticarum inquisitio: quam quo consilio instituturus sim, infra suo loco exponam.

Mitto nunc dicere de ipsa dialectica Socratica et de argumentationibus Socraticis. De his scire cupientes adeant libellum, cui titulus: *Exploratio argumentationum Socraticarum* etc.

Jam igitur primum videamus de argumentatione, quae in Gorg. 476 legitur. Socrates hic primam partem τοῦ λόγου, vel potius primam earum argu-

mentationum orditur, quibus deinceps probatis et concessis, Polus tandem concedere cogitur, minus KAKON esse τὸ ἀδικοῦντα διδόναι δίκην, majus τὸ μὴ διδόναι (479 D), et, hac totius λόγου conclusione concessa, approbare Socratis sententiam contendentis, τὸν ἀδικοῦντα διδόντα δίκην esse minus infelicem quam τὸν ἀδικοῦντα μὴ διδόντα δίκην (476 A et 479 E). Huic igitur primae argumentationi sive τοῦ λόγου parti Socrates haec praemittit in 476 A: τὸ διδόναι δίκην καὶ τὸ κολάζεσθαι δικαίως ἀδικοῦντα ἆρα ταὐτὸ καλεῖς; ad quae Polus Ἔγωγε. Quo consilio haec praemittit? Primum, ut τὸ δίκην διδόναι (= κολάζεσθαι) esse πάσχειν τι, veluti sunt τύπτεσθαι, τέμνεσθαι etc., respondere Polus cogatur: tum etiam ut, quemadmodum τὰ ποιοῦντα horum sunt τύπτειν, τέμνειν etc., sic etiam quid sit τὸ ποιοῦν illius διδόναι δίκην rogatus Polus recte respondeat, ut argumentatio bene procedere possit. Vide nunc, quam bene Polus intellexerit quae dixi Socratem praemittere. Socrates, nondum usus in hac argumentatione activo κολάζειν neque passivo κολάζεσθαι, sed solo διδόναι δίκην, quaerit in D. οὐκοῦν ὑπό τινος ποιοῦντος (scil. πάσχει ὁ δίκην διδούς). Ad quae Polus, memor illius praemissi δίκην διδόναι = κολάζεσθαι, respondet πῶς γὰρ οὔ; ὑπό γε τοῦ κολάζοντος. nunc primum utens activo κολάζειν. Cum igitur jam in D. effectum sit argumentando et rectissime sic enunciatum: τὸ διδόναι δίκην esse πάσχειν τι ὑπὸ τοῦ κολάζοντος. prorsus eadem ratione, qua τὸ τέμνεσθαι esse apparuit πάσχειν τι ὑπὸ τοῦ τέμνοντος etc., quis est, qui ferat deinde in E. Οὐκοῦν ὁ κολαζόμενος δίκην

διδοὺς (scil. ὑπὸ τοῦ δικαίως κολάζοντος!) δίκαια πάσχει;? Argumentatio prorsus respuit illud participium κολαζόμενος. Suspicaris fortasse me ideo ita judicare, quod, qui diserte dixerit κολάζεσθαι idem esse quod διδόναι δίκην, is non possit deinde in eadem argumentatione adhibere participium κολαζόμενος tanquam non idem quod δίκην διδούς. Verum non est haec ἀνάγκη τοῦ λόγου, quam volebam et nunc ut ex me audias rogo. Quemadmodum igitur in libello citato (pag. 23) contendi vocem ἀεὶ Platoni reddendam esse in Gorg. 460 C. demonstrans eum, qui βούλεται δίκαια πράττειν, tantum concedi posse οὐ βούλεσθαι ἀδικεῖν, qui autem ἀεὶ βούλεται δίκαια πράττειν, hunc demum οὐδέποτε βουλήσεσθαι ἀδικεῖν, sic etiam in hac parte argumentationis, de qua agimus, adverbium δικαίως adesse debebat participio κολαζόμενος, quum ὑπό τινος κολάζοντος (quod in D) tantum dici quis possit κολάζεσθαι, sed ὑπό τινος δικαίως κολάζοντος (quod in E, ubi illud δικαίως accedit) necessario quis dicatur δικαίως κολάζεσθαι: qua ratione Socrates in disputando a verbo ad verbum progredi solet. Atque hoc consilio praemissa sunt a Socrate exempla illa, eo tendunt exempla illa, in quibus necessario σφόδρα τύπτεσθαι quis demonstratur ὑπὸ σφόδρα τύπτοντος, ἀλγεινῶς κάεσθαι ὑπ' ἀλγεινῶς κάοντος etc., ut δικαίως κολάζεσθαι aliquem ὑπὸ δικαίως κολάζοντος, vel potius accuratius dicatur, ut δίκην διδόναι (i. e. = δικαίως κολάζεσθαι) aliquem ὑπὸ δικαίως κολάζοντος concedere cogatur Polus. Scribae igitur se ipsi produnt solum κολαζόμενος hic inserentes. Fugit enim eos et hic et ubique haec ἀνάγκη

dialectica. Sed quid mirum? Fugit etiam editores; ad unum omnes talia ferentes, vel, si forte quid sentiant, conjecturam quamdam facientes, quam, sive vera ea sit sive falsa, neque sibi neque aliis probare possint. Neque igitur hoc participium κολαζόμενος neque porro quisquam, dialectices Socraticae rationem habens, in proxime sequentibus Τούτων ἄρ' ὁ μὲν ποιεῖ καλά, ὁ δὲ πάσχει ὁ κολαζόμενος. hoc idem κολαζόμενος pro genuino habere potest. Equidem alteram ellipsin in his male a scribis suppletam esse contendo. Sicut enim est ellipsis post ὁ μὲν ποιεῖ καλὰ, esto etiam altera post ὁ δὲ πάσχει. Quam utramque recte supplentes habebimus haec: Τούτων ἄρ' ὁ μὲν ποιεῖ καλὰ (ὁ δικαίως κολάζων), ὁ δὲ πάσχει (καλὰ) (ὁ δικαίως κολαζόμενος sive ὁ δίκην διδούς): nam accessit hic illud δικαίως argumentationi, uti modo dicebam, unde porro, cum sint δίκαια = καλὰ ex hypothesi (475 B. in.), conficitur, eum, qui δικαίως κολάζει, non tantum δίκαια, sed jam καλὰ ποιεῖν, eumque jam καλὰ πάσχειν, qui δικαίως κολάζεται sive δίκην δίδωσι. Itaque secundum argumentationem ὁ κολαζόμενος ne tunc quidem ferri posset, si nulla esset ellipsis. Nam si grammatica non requireret ellipsin, dialectica requireret adverbium δικαίως additum participio κολαζόμενος. Sed requiritur ellipsis. Itaque ne cogitatione quidem hoc participium solum repeti potest: neque, si recte ὁ δικαίως κολαζόμενος scriptum esset, id ferri posset. Attamen fortasse quis legens deinde in 477 A. —εἴπερ δικαίως κολάζεται; non assentietur mihi. Sed non interdixi auctori usum passivi κολάζεσθαι. Neque igi-

tur hoc κολάζεται improbo, sed contra, si hic legeretur δίκην δίδωσι, nullus dubitarem pro eo reponere κολάζεται. Videas enim, quanta sit in his disserendi et omnino dicendi subtilitas. Utendum est Socrati dictione διδόναι δίκην, sed argumentanti ei opus est dictione δικαίως κολάζειν, δικαίως κολάζεσθαι et imprimis vocabulo δικαίως, unde quasi hauriat vel potius derivet deinceps illa (δίκαια =) καλὰ = ἀγαθά. Tum, ad hoc ἀγαθὰ progressus statim, ante quam argumentationem concludit, Polum cogit concedere, ὠφελεῖσθαι et βελτίω τὴν ψυχὴν γίγνεσθαι τὸν δίκην διδόντα: idque concedere eum cogit repetens summam argumentationis tribus verbis his εἴπερ δικαίως κολάζεται i. e. εἴπερ δίκαια = καλὰ = ἀγαθὰ πάσχει, quod eum πάσχειν supra assensus Polus nunc negare non potest. Quibus ita exploratis, apparet repetendum esse vocabulum δικαίως, idque una cum κολάζεται, cum δικαίως διδόναι δίκην non recte dicatur, quia διδόναι δίκην per se fit δικαίως estque = δικαίως κολάζεσθαι secundum interpretationem a Socrate praemissam. Igitur hic quoque quasi ἐπ' αὐτοφώρῳ scribae male seduli deprehenduntur in putido additamento ὁ κολαζόμενος, quod oneri est simul et argumentationi et sermoni. Utraque enim argumenta jam attuli et quae grammatica et quae dialectica suppeditat, cum hic locus ita comparatus sit, ut illa vix seorsim ab his afferri possint. Nondum autem grammatica nobis opem tulit damnantibus participium, de quo prius egimus. Quare redeamus ad hoc simulque secundum grammaticam cor-

rigamus locos eodem vitio laborantes, sed in quibus nulla est argumentatio.

Equidem a sermone imprimis Attico abhorrere contendo illa *κολάζεσθαι διδόναι δίκην*, sive per copulam conjuncta sive continuo scripta, et omnia talia *ἐν τιμωρίᾳ εἶναι τιμωρεῖσθαι, τυγχάνειν ἐπαίνου ἐπαινεῖσθαι, τυγχάνειν δίκης διδόναι δίκην, τυγχάνειν τιμωρίας διδόναι δίκην*, sim. quae nusquam ita concurrere possunt. Aut solum *κολάζεσθαι* scribendum aut *διδόναι δίκην*, aut *τυγχάνειν ἐπαίνου* aut *ἐπαινεῖσθαι*, et sic porro. Exemplo utamur omnium instar uno. In Rep. 380 B. haec leguntur: — *λεκτέον, ὡς — οἱ (κακοὶ ἄνθρωποι) ὠνίναντο κολαζόμενοι. — ἄθλιοι οἱ δίκην διδόντες. — εἰ μὲν, ὅτι ἐδεήθησαν κολάσεως, λέγοιεν, ὡς ἄθλιοι οἱ κακοὶ, διδόντες δὲ δίκην ὠφελοῦντο ὑπὸ τοῦ θεοῦ, ἐατέον (λέγειν)*. quibuscum operae pretium est conferre Gorg. 525 B. *εἰσὶ δ' οἱ μὲν ὠφελούμενοί τε καὶ δίκην διδόντες ὑπὸ θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων οὗτοι.* Qui igitur in his ferre posset ex. gr. *ὠνίναντο κολαζόμενοι δίκην διδόντες* vel *κολαζόμενοι καὶ δίκην διδόντες*, quidni etiam ferret *ὠνίναντο ὠφελοῦντο κολαζόμενοι δίκην διδόντες?* Palamne enim est auctorem, orationis variandae causa, tam uti primum *ὠνίναντο* deinde *ὠφελοῦντο*, quam primum *κολαζόμενοι* deinde *δίκην διδόντες?* Jam haec adtendentes et considerantes habemus argumentum e grammatica petitum. Itaque etiam secundum grammaticam corrigimus Gorg. 476 E. *Οὐκοῦν ὁ κολαζόμενος δίκην διδοὺς δίκαια πάσχει;* delendo *κολαζόμενος*. — Ibid. *Τούτων ἄρ' ὁ μὲν ποιεῖ καλὰ, ὁ δὲ πάσχει ὁ κολαζόμενος*, delendo *ὁ κολαζόμενος* (ob ellipsin). — et eodem

jure 479 A. Οὐκοῦν οὗτος —, ὃς ἂν — διαπράξηται, ὥστε μήτε νουθετεῖσθαι μήτε κολάζεσθαι μήτε δίκην διδόναι. inducendo μήτε κολάζεσθαι. — 507 D. ἐὰν δεηθῇ (τοῦ κολάζεσθαι) ἢ αὐτὸς ἢ ἄλλος τις —, ἐπιθετέον δίκην καὶ κολαστέον. reddendo sciolis καὶ κολαστέον nescientibus Platonem saepius et potius uti τῷ ἐπιτιθέναι δίκην pro vulgari λαμβάνειν δίκην (= κολάζειν). — 525 B. προσήκει δὲ παντὶ τῷ ἐν τιμωρίᾳ ὄντι ὑπ' ἄλλου ὀρθῶς τιμωρουμένῳ — βελτίονι γίγνεσθαι. iisdem graecae linguae imperitis reddendo illa ὑπ' ἄλλου ὀρθῶς τιμωρουμένῳ. — 527 C. κακὸς — κολαστέος ἐστὶ, καὶ τοῦτο δεύτερον ἀγαθὸν μετὰ τὸ εἶναι δίκαιον τὸ γίγνεσθαι καὶ κολαζόμενον διδόναι δίκην. tollendo illud κολαζόμενον. Qua ratione corrigantur omnes loci simili additamento onerati. Adde tamen his unum omnium miserrime depravatum a librariis hunc: Gorg. 472 E. Κατὰ δέ γε τὴν ἐμὴν δόξαν, ὦ Πῶλε, ὁ ἀδικῶν τε καὶ ὁ ἄδικος πάντως μὲν ἄθλιος, ἀθλιώτερος μέντοι, ἐὰν μὴ διδῷ δίκην μηδὲ τυγχάνῃ τιμωρίας ἀδικῶν, ἧττον δὲ ἄθλιος, ἐὰν διδῷ δίκην καὶ τυγχάνῃ δίκης ὑπὸ θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων. Cf. 525 B. Sed de hoc loco aliquanto amplius dicendum. Cur igitur librarii in 476 ad τὸ διδόναι δίκην adscripserunt κολάζεσθαι et in 507, 527 al.? cur in 472 τυγχάνειν δίκης? Quoniam videbant auctorem hac pagina passivi periphrasi τυγχάνειν δίκης usum, illis passivo κολάζεσθαι. Cur autem in 525 neutrum horum, sed τιμωρεῖσθαι ὑπὸ addiderint, jam ipse vides. Quid multa? Plato scribere non potuit tautologiam talem ἐὰν μὴ διδῷ δίκην μηδὲ τυγχάνῃ τιμωρίας, neque talem ἐὰν διδῷ δίκην καὶ τυγχάνῃ δίκης. Orationis

variandae causa nunc utitur *τῷ διδόναι δίκην*, paullo superius usus *τῷ τυγχάνειν δίκης* in his *Ἀλλ' ἐὰν ἄρα μὴ τυγχάνῃ δίκης ὁ ἀδικῶν κτέ.*, quae optime se habent et unde scribae hoc *τυγχάνειν δίκης* petiverunt. Est igitur in his idem vitium, quod in reliquis supra a nobis emendatis, si quidem et *τυγχάνειν δίκης* et *κολάζεσθαι* pariter sunt = *διδόναι δίκην*. Hic autem non dialecta Socratica criticam adjuvat, sed sola grammatica, ex qua etiam hoc argumentum nobis suppetit. Nimirum verba deponentia non possunt passive usurpari qualia *χαρίζεσθαι* et *αἰδεῖσθαι*: sed ubi horum passiva flagitantur invenimus *τυγχάνειν χάριτος*, *τυγχάνειν αἰδοῦς ὑπό τινος*. Ad eandem igitur rationem et *τυγχάνειν δίκης* et *τυγχάνειν τιμωρίας* passive usurpata sunt. Quare inducimus voces *μηδὲ τυγχάνῃ τιμωρίας*, et non minori jure voces *καὶ τυγχάνῃ δίκης*, vocibus *ἐὰν διδῷ δίκην* continuo subjectas, cum eadem vox *δίκη* in utraque dictione obvia jam per se languidi quid affundat orationi. Ad haec accipe alia manifestissima fraudis indicia. Sine dubio ad *ἀθλιώτερος μέντοι* et ad *ἐὰν μὴ διδῷ δίκην* et omnino ad omnes voces in eodem cum *ἐὰν* periodi membro positas cogitatione repetendae sunt voces *ὁ ἀδικῶν τε καὶ ὁ ἄδικος*. Scribae igitur simul cum onere *μηδὲ τυγχάνῃ τιμωρίας* alterum onus *ἀδικῶν* addiderunt. Graecum enim non est *ὁ ἀδικῶν* (= *ὅστις ἂν ἀδικῇ*) *τυγχάνει τιμωρίας ἀδικῶν*. Quod participium ut subjungi possit aliud subjectum necessario praecedat, ex. gr. hunc in modum: *πᾶς ἀνὴρ τυγχάνει τιμωρίας ἀδικῶν*. Praeterea agnoscimus scribarum manum in secundo *ἄθλιος*. Interpositis enim omnibus superioribus,

quae explosimus, nimio intervallo distare rati illa ἀθλιώτερος et ἧττον δὲ, quam ut per ellipsin intelligi possit vox ἄθλιος, ipsam hanc vocem adscripserunt. Quae ellipsis vide quantam addat Attico sèrmoni concinnitatem totum locum sic scriptum legens: Κατὰ δέ γε τὴν ἐμὴν δόξαν, ὦ Πῶλε, ὁ ἀδικῶν τε καὶ ὁ ἄδικος πάντως μὲν ἄθλιος, ἀθλιώτερος μέντοι ἐὰν μὴ διδῷ δίκην, ἧττον δ' ἐὰν διδῷ δίκην ὑπὸ θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων. Haec demum digna nostro auctore.

Talia tanquam crassissima nebula Gorgiae offusa sunt: nulla fere argumentatio integra: et qua ratione argumentationes, eadem etiam reliqua turbarunt. Quod ne temere dictum a me videatur. alia nonnulla depromam ex Gorgiae editioni destinatis, reliqua daturus, si quando otium mihi fuerit hanc absolvendi. Jam simplicioribus his praemissis, hisque datis stolidae scribarum temeritatis indiciis, quibus vix manifestiora postulari possunt, facilius quemque mihi assensurum confido aliquanto implicatiora ac minus aperta corrigenti. Hoc teneat modo cui forte videar audacius et acrius instare scribis, genuina eo facilius in Platone, ut mihi videtur, quam in aliis scriptoribus a spuriis dignosci et discerni posse, quo exquisitiori et elegantiori utitur sermone: tum etiam imprimis in disputationibus Socraticis inepta et horrida ἀφιλοσόφων librariorum στοχάσματα facile agnosci, et omnino in iis tutissime criticam exerceri, cum Socratica argumentandi ratio talis sit, ut simul manifestissima et corruptionis indicia et correctionis argumenta suppeditet. Inepta scribarum στοχάσματα dico has interpolationes, periphraseis enim,

quas in Phaedone indicavi, et glossemata quae dicuntur, quale est non contemnendum βραχύτερον ποιεῖν ad συντέμνειν (Protag. 334 D), in quod nuper incidi, scribis vulgo optime scripta intelligentibus, interpolationes autem prorsus ineptae in Gorgia perverse vel potius omnino non intelligentibus scripta debentur. Si igitur critica in aliis auctoribus Graecis nondum indagaverit neque sanaverit similia iis, quae primum in argumentationibus Socraticis, deinde eandem viam ingressi in reliquis Platonis verbis indicare et corrigere studemus, ne existimes scribas magis pepercisse reliquis auctoribus, sed potius ejusdemmodi vitia adhuc latentia in iis manum correctoris manere, quamquam in omnibus jam multa, grammatica duce, imprimis quae spectant ad orthographiam emendarunt critici. Equidem enim non dubito, quin qui alium quemdam scriptorum Graecorum in succum et sanguinem verterit, si viderit permulta haec indicia stolidae scribarum audaciae, nihil fere non mutantium in Platone ac mutilantium, acrius persecuturus sit scribas majorique cum fiducia conaturus abstergere lutum, quo etiam alios auctores suppleverunt.

Implicatiora igitur quaedam expedituri, primum argumentationes emendemus, quae leguntur in Gorg. 470 et 478, deinde locum, in quo non est argumentatio Socratica, perlustremus sordesque in eo indicemus et eluamus similes iis, quibus argumentationes foedatae sunt. In 470 A. haec leguntur: οὐκοῦν, ὦ θαυμάσιε, τὸ μέγα δύνασθαι πάλιν αὖ σοι φαίνεται, ἐὰν μὲν πράττοντι ἃ δοκεῖ ἕπηται τὸ ὠφελίμως πράττειν,

ἀγαθόν τε εἶναι καὶ τοῦτο, ὡς ἔοικεν, ἐστὶ τὸ μέγα δύνασθαι· εἰ δὲ μή, κακὸν καὶ σμικρὸν δύνασθαι. Quae Plato ita scribere non potuit. Interpretes tamen non tantum anacoluthiam hallucinantes, sed etiam mancam ellipsin scilicet per anacoluthiam, haec omnia Platoni vindicant, praeter unum; optime de critica Platonica meritum, τι pro τε scribendum qui censet. Sed quid hac mutatione proficimus? Neque magis audiendus qui καὶ κακὸν pro κακὸν καὶ scribi jubet. Quis enim vidit in quovis alio auctore Attico ellipsin similem ei, quae est in posteriori hujus periodi membro εἰ δὲ μή, κακὸν (scil. εἶναι) καὶ (scil. τοῦτο, ὡς ἔοικεν, ἐστὶ τὸ) σμικρὸν δύνασθαι? Ut igitur scribarum manum agnoscas eamque mecum a Platonis manu dignoscas totius hujus loci sensus investigandus. Socrates hic non novam instituit argumentationem neque novo utitur argumento, sed quo supra convicerat Polum falsa sentire eundem reluctantem eodem iterum convincit. Verba enim πάλιν αὖ luce clarius ostendunt superiora respici, et quidem illam argumentationis partem, quae legitur in 468 B-D. Accedit hic tantum, quod quae supra in universum dicta sunt βλαβερὰ esse facienti ἀποκτιννύναι, ἐκβάλλειν etc., ea Polus improbare cogitur et βλαβερὰ esse pronuntiare, quod ζημιοῦσθαι talia facientem necesse sit. Cum igitur Polus deinde negare non possit κακὸν esse τὸ ζημιοῦσθαι, eodem argumento se refutatum videt, quo antea convictus erat in 468 B et C, ubi Socrates ἀποκτιννύναι, ἐκβάλλειν etc. κακὰ esse alia ratione demonstrat, deinde argumentationi conclusionem subjungit,

quae legitur in D et E. Socrates vero hic non repetit, sed omittit illam conclusionem, postquam τὸ μέγα δύνασθαι esse κακὸν et Polo quoque iterum videri ideo debere dixit, quod ζημιοῦσθαι (= κακὸν) necesse sit τὸν secundum Polum μέγα δυνάμενον. Cum autem longum sit hanc conclusionem, ipsam quoque emendandam, et caeteram argumentationem hic persequi, dicam potius breviter quae imprimis tenenda judico. Socrates hoc unum et supra et hic agit, ut facientem ἃ δοκεῖ αὐτῷ demonstret Polo MH μέγα δύνασθαι neque facere ἃ βούλεται: nusquam autem dicit vel potius docet, quid sit ipsum τὸ μέγα δύνασθαι. Neque enim quidquam ad hanc argumentationem pertinet quaestio de ipso μέγα δύνασθαι, quid revera sit. Solum hoc demonstratur, prorsus *non* μέγα δύνασθαι quos Polus putat rhetores et tyrannos. Quod bene tenentes jam scribamus locum sic: Οὐκοῦν, ὦ θαυμάσιε, τὸ μέγα δύνασθαι πάλιν αὖ σοι φαίνεται, ἐὰν μὲν τῷ πράττοντι ἃ δοκεῖ αὐτῷ ἕπηται τὸ ὠφελίμως πράττειν, ἀγαθὸν εἶναι, εἰ δὲ μή, κακόν. Inseruimus τῷ post μὲν et αὐτῷ post δοκεῖ: contra omisimus τε ante εἶναι, et καὶ τοῦτο, ὡς ἔοικεν, ἐστὶ τὸ μέγα δύνασθαι post εἶναι, et tandem καὶ σμικρὸν δύνασθαι post κακόν. Sic, aliis insertis, aliis omissis, omnis anacoluthia sublata est et nulla manca ellipsis superest, sed omnia clara sunt et Atticorum scriptorum principe digna. Sed de singulis videndum. Nisi τῷ et αὐτῷ recipias, πράττοντι ad σοι referas necesse est et σοι post δοκεῖ intelligas: unde sensus oriretur, cui totius loci sententia refragatur. Sensus enim est hic:

si quis, faciens quae sibi videantur, ex iis commoditatem percipiat, i. e. Graece: *ἐὰν τῷ πράττοντι ἃ δοκεῖ αὐτῷ ἕπηται τὸ ὠφελίμως πράττειν.* Quae deinde omisimus *καὶ τοῦτο, ὡς ἔοικεν, ἐστὶ τὸ μέγα δύνασθαι*, cave putes nos haec abjicere propter anacoluthiam. Alia afferemus argumenta. Fac nullam esse anacoluthiam, sed constructionem omnibus numeris absolutam. Diximus Socratem hoc solum agere, ut persuadeat Polo, *μὴ μέγα δύνασθαι* tyrannos et rhetores facientes *ἃ δοκεῖ αὐτοῖς*. Atque tantum abest, ut Socrates *τὸ* sive *δικαίως* sive *ἀδίκως ἀποκτιννύναι* etc. dixerit *μέγα δύνασθαι*, ut potius contra, qui secundum Polum talem potestatem interficiendi etc. habent, eos dicat omnium civium *ἐλάχιστον δύνασθαι* et ne *νομίζεσθαι* quidem in civitatibus (466 B), et ut *τὸν* vel *δικαίως ἀποκτιννύντα* prorsus *ἀζήλωτον* dicat (469 B). Cum igitur per *τὸ μέγα δύνασθαι* (secundum Polum = *τὸ τυραννεῖν* etc. 469 C) imprimis hic intelligendum sit *τὸ ἀποκτιννύναι, ἐκβάλλειν* etc., fieri non potest, ut hoc *μέγα δύνασθαι* ullo modo a Socrate dicatur sive *μέγα δύνασθαι* esse sive *σμικρὸν δύνασθαι.* Quaerat quis, cur tamen hoc idem Socrates *ἀγαθὸν* dicat. Dicit et hic et in 468 B al., non nego, sed tantum eo consilio utitur adjectivo *ἀγαθὸν*, ut mox epitheton *κακὸν* ei opponat, quemadmodum in 470 C. antithesi *τοῦ ἄμεινον* et *κάκιον* utitur, quum tamen multum absit, ut *τὸ δικαίως ἀποκτιννύναι*, quamquam dicat *ἄμεινον*, revera *μέγα δύνασθαι* esse contendat. Hoc igitur unum propositum sibi habebat Socrates inde a verbis *Ὦ μακάριε* (469 C), ut iterum probaret *κακὸν* esse *τὸ μέγα δύνασθαι.* Quo

probato, pergit ad alia, et aliam argumentationem quasi praeparat, omissa, uti dixi, conclusione hac, quae non ἔναυλος adhuc esse Polo non potuit: — Ergo ὁ ποιῶν ἃ δοκεῖ αὐτῷ sive ὁ (secundum Polum) μέγα δυνάμενος prorsus *non* μέγα δύναται etc. (468 D et E). Scribae autem, non adsequentes hujus dialectices subtilitatem et omnino perverse intelligentes Platonem, locum depravarunt volentes eum perficere et corrigere supplendo et addendo verba καὶ τοῦτο, ὡς ἔοικεν, ἐστὶ τὸ μέγα δύνασθαι et verba καὶ σμικρὸν δύνασθαι, nec non voculam τε, ut scilicet constructio quaedam restitueretur. His omnibus igitur cum contineatur conclusio minime Socratica, quam isti, desiderantes quamdam, οὐ γνόντες ἀλλὰ στοχασάμενοι inseruerunt, et cum, receptis iis, omnis constructio claudicet, rejectis autem, bona sit constructio, nos duplicia haec afferentes argumenta locum ita scribendum censemus, uti supra ostendimus.

Iisdem armis persequamur et castigemus scribas pessum dantes argumentationis ultima verba, quae leguntur in Gorg. 478 C. Σ. Μεγάλου γὰρ κακοῦ ἀπαλλάττεται, ὥστε λυσιτελεῖ ὑπομεῖναι τὴν ἀλγηδόνα καὶ ὑγιεῖ εἶναι. Π. Πῶς γὰρ οὔ. Verum ut hic locus bene intelligatur, totus λόγος, qui legitur in 476 A — 479 D, summatim exhibendus. Quatuor igitur ejus partes sunt: prima demonstratur, τὸ ἀδικοῦντα διδόναι δίκην esse = κακίας ψυχῆς ἀπαλλάττεσθαι (476 B inde a verbis τὸ διδόναι δίκην καὶ τὸ κολάζεσθαι): secunda, hanc ψυχῆς κακίαν esse = μέγιστον κακὸν (477 A inde a verbis Ἆρ' οὖν τοῦ μεγίστου): tertia, τὴν δίκην esse

= τὴν ἀπαλλάττουσαν μεγίστου κακοῦ (477 E inde a verbis Τίς οὖν τέχνη πενίας): quarta, minus infelicem esse = τὸν ἀδικοῦντα ἀπαλλαττόμενον hujus κακοῦ, infeliciorem = τὸν μὴ ἀπαλλαττόμενον (478 C inde a verbis Ἆρ' οὖν οὕτως). Tertiae harum partium ultima verba sunt illa Μεγάλου γὰρ κακοῦ κτἑ. Hanc autem partem diligenter persequentes comperimus, Platonem post verba Σ. Οὐκοῦν αὖ ἤτοι ἡδονὴν πλείστην ποιεῖ ἢ ὠφέλειαν ἢ ἀμφότερα, εἴπερ κάλλιστόν ἐστι (ἡ δίκη); Π. Ναί. pergere non sic: Σ. Ἆρ' οὖν τὸ διδόναι δίκην ἥδιστόν ἐστι etc. sed perspicuitatis causa, ac si de ἰατρικῆς argumentationem instituerat hanc: Σ. Τί δέ; τὴν ἰατρικὴν καλὸν λέγεις; Π. Ἔγωγε. Σ. Τὸ δὲ καλὸν ἤτοι ἡδονῇ ἢ ὠφελείᾳ ἢ ἀμφοτέροις καλὸν ὡμολόγηται; Π. Πάνυ γε. Σ. Οὐκοῦν τὸ ἰατρεύεσθαι ἤτοι ἡδονὴν ποιεῖ ἢ ὠφέλειαν ἢ ἀμφότερα, εἴπερ καλόν ἐστι; Π. Ναί. hoc modo pergere: Σ. Ἆρ' οὖν τὸ ἰατρεύεσθαι ἡδύ ἐστι καὶ — Μεγάλου γὰρ κακοῦ ἀπαλλάττεται κτἑ. Itaque apparet, auctorem in una eademque argumentandi formula quasi transiisse ex τῆς δίκης ad τὴν ἰατρικήν: quo factum est, ut conclusio, quae conveniat τῇ δίκῃ, non potuerit formulae subjungi. Ipsam igitur hujus partis conclusionem omisit. Sed tuto eam omittere potuit: adsunt enim quamquam corrupta, unde facillime eam conficimus. Nimirum quod demonstrari in hac τοῦ λόγου parte diximus hac ratione demonstratur: ἡ δίκη ἀπαλλάττει τῆς ἀδικίας — haec δίκη κάλλιστον — πλείστην ὠφέλειαν ποιεῖ (i. e. βελτίστη est, cum ὠφέλιμον = ἀγαθὸν sit, vide imprimis 468 C et D): quibus concessis hoc concludendum, τὴν δίκην ἀπαλλάττειν μεγίστου κακοῦ, sive, τὸ διδόναι δί-

κην esse ἀπαλλάττεσθαι μεγίστου κακοῦ. Quae conclusio conficienda et petenda ex his: τὸ ἰατρεύεσθαι (quod tantum καλὸν!) — ὠφέλιμον sive ὠφέλειαν ποιεῖ — Ergo μεγάλου κακοῦ ἀπαλλάττεται ὁ ἰατρευόμενος, velut in prima τοῦ λόγου parte secundum eandem argumentandi rationem ὁ ἀδικῶν δίκην διδοὺς — ὠφελεῖται τὴν ψυχήν — Ergo κακίας (sive κακοῦ) ψυχῆς ἀπαλλάττεται ὁ δίκην διδούς. At ἡ δίκη est κάλλιστον (= βέλτιστον) — Ergo ἡ δίκη μεγίστου κακοῦ ἀπαλλάττει, vel potius, μεγίστου κακοῦ ἀπαλλάττεται ὁ δίκην διδοὺς, si tantum superlativos ex adjectivorum positivis feceris. Nunc videndum, cur et quomodo corrigenda sint verba Μεγάλου γὰρ κακοῦ ἀπαλλάττεται κτἑ. ut conclusio illa ex iis confici possit. Contendimus igitur post τὸ τοῦ ἰατρεύεσθαι ὠφέλιμον (478 B f.) secundum constantem argumentandi formulam demonstratum nihil ferri posse, quo hoc ὠφέλιμον amplius demonstretur esse ὠφέλιμον, sed conclusionem desiderari. Nam vix monendum, Platonem tribus tantum verbis his Ἀλλ' ὠφέλιμόν γε omnia complecti, quae, si totam argumentandi formulam hic scribere voluisset, multo pluribus post Poli responsum (οὐκ ἔμοιγε δοκεῖ) enunciasset his: Σ. Οὐκοῦν, εἰ μὴ ἡδὺ, ἀμφότερα μὲν οὐκ ἂν ἔτ' εἴη. Π. Οὐ φαίνεται. Σ. Οὐκοῦν θάτερον λείπεται. Π. Ναί. Σ. Τὸ ὠφέλιμον. Π. Ἔοικεν. Qua ratione ab Οὐκοῦν αὖ (ἡ δίκη) ἤτοι ἡδονὴν πλείστην ποιεῖ κτἑ. profectus pervenies necessario ad haec: Σ. Τὸ ὠφελιμώτατον sive ἡ πλείστη ὠφέλεια; Π. Ἔοικεν: deinde argumentationem concludens necessario ad μεγίστου κακοῦ ἀπαλλαγήν. Plato saepius adhibet hanc argumentandi formulam,

plenam autem tantum eam scripsit in 475, ubi, cum prima hujus formae argumentatio occurrat, nullam ejus partem abesse posse ratus, in B in. voces ἢ ἀμφοτέροις a scribis omissas esse ostendi. Plenam autem ego nunc scripsi argumentandi formulam, de qua agimus, non eo consilio, ut non sufficere tria verba Ἀλλ' ὠφέλιμόν γε judicare forte quibusdam videar: hoc enim demum esset futili studio nimis ad certam propositam normam torquere argumentationes: sed hoc consilio, ut clarius appareat, Platonem hic eandem argumentandi formulam adhibere, quam adhibuit in 474 E. — 475 C. et 477 C—E, al., tum etiam tria illa verba absolvere argumentandi formulam, et tandem post eam absolutam flagitari conclusionem. Quae qui mihi assentitur simul assentiatur necesse est, scribas, nihil horum videntes neque intelligentes, mutando ἄρα in γὰρ pessum dedisse conclusionem. Accedit, quod, hac conclusione restituta, recte demum Socrátes transit ad quartam τοῦ λόγου partem dicens Ἆρ' οὖν οὕτως etc. sicuti in 477 A. transit ad secundam dicens Ἆρ' οὖν τοῦ μεγίστου etc. Verum quis usquam legit hujusmodi conclusionem: Μεγάλου ἄρα κακοῦ ἀπαλλάττεται, ὥστε λυσιτελεῖ ὑπομεῖναι τὴν ἀλγηδόνα καὶ ὑγιεῖ εἶναι? Sed neque ego talem scribere potuisse Platonem arbitror, sed eum scripsisse simplicem hanc: Μεγάλου ἄρα κακοῦ ἀπαλλάττεται. omnia autem reliqua iisdem deberi, qui γὰρ ex ἄρα fecerunt. Conclusio enim respuit imprimis illud λυσιτελεῖ, cum τὸ ὠφέλιμον et λυσιτελοῦν secundum argumentandi formulam jam demonstratum sit, et ex eo demonstrato, sicuti

per totum λόγον fieri jam dixi, concludenda, vel, si malis, deducenda sit κακοῦ ἀπαλλαγή. Abesse igitur potest ipsa hujus tertiae partis conclusio: verum ea abesse non potest, unde illa conficiatur. Ineptire enim Plato non potest, nullo consilio hic adhibens argumentandi formulam. Haec sunt argumenta e dialectica Socratica petita. Ostendere nunc conabor etiam grammaticam egregie huic emendationi suffragari. Quid igitur sibi vult illud ὑγιεῖ εἶναι? Verbum εἶναι proditne scribam, nescientem quid intersit inter εἶναι et γίγνεσθαι? Si scriptum esset ex. gr. in 477 A. ὁ διδοὺς δίκην — ὠφελεῖται — βελτίων τὴν ψυχὴν (non γίγνεται sed) ἐστι, non absurdius esset quam est ὁ ἰατρευόμενος — ὠφελεῖται, ὥστε — ὑγιὴς εἶναι vel potius τῷ ἰατρευομένῳ — λυσιτελεῖ — ὑγιεῖ εἶναι. Plato ita scribere non potuit. Dicitur ὁ ἀπηλλαγμένος κακοῦ — νόσου recte ὑγιὴς εἶναι, non vero ὁ ἀπαλλαττόμενος vel ἰατρευόμενος. Vide 480 C. ἵνα δῷ δίκην καὶ ὑγιὴς γένηται. 527 C. τὸ γίγνεσθαι (δίκαιον) καὶ διδόναι δίκην. quamquam in talibus non opus est exemplis. Praeterea dativus ὑγιεῖ solus poni non potest, sed in eodem periodi membro etiam alius vocis dativus adsit necesse est. Legendum igitur Σ. Μεγάλου ἄρα κακοῦ ἀπαλλάττεται. Π. Πῶς γὰρ οὔ; — Hujus ἄρα saepius a scribis corrupti infra plura exempla proferemus.

Occasionem hanc nacto, lubet mihi emendationem in 479 D. Δεύτερον ἄρ' ἐστὶ τῶν κακῶν μεγέθει (non τὸ ἀδικεῖν sed) τὸ ἀδικοῦντα διδόναι δίκην. quam clarissima ratione probare iis, qui mihi objiciunt, me talia scripsisse, unde τὸ διδόναι δίκην secundum

meam sententiam sit κακὸν, et alia hujusmodi, non videntes me τὸ ἀδικοῦντα διδόναι δίκην reponi jussisse. Verum neque a me scripta intelligunt neque ipsas argumentationes Socraticas. Quemadmodum igitur Socrates in 479 C. ante, quam ex omnibus τοῦ λόγου partibus deducit conclusionem, summatim τὰ ἐκ τοῦ λόγου συμβαίνοντα συλλογίζεται, v. c. ἡ ἀδικία = μέγιστον κακὸν ex secunda τοῦ λόγου parte, ad eundem fere modum nos litteris utentes, uti solent mathematici, omnia, quae demonstrantur in omnibus quatuor τοῦ λόγου partibus, supra a me descriptis, complectamur his: K (secundum τοῦ λόγου primam partem) ὁ ἀδικῶν δίκην διδοὺς = L ἀπαλλαττόμενος τοῦ (secundum alteram et tertiam) μεγίστου κακοῦ: P (secundum easdem et quartam) ὁ ἀδικῶν μὴ διδοὺς δίκην = T μὴ ἀπαλλαττόμενος hujus μεγίστου κακοῦ: L (secundum quartam) ὁ ἀδικῶν ἀπαλλαττόμενος = G minus infelix, δεύτερος, et T ὁ (scil. ἀδικῶν) μὴ ἀπαλλαττόμενος = N infelicior, κάκιστα ζῇ. Quae paucissimis scripta sunt: K est = L, sed L = G, et P est = T, sed T = N. Ergone K est = G i. e. ὁ ἀδικῶν δίκην διδοὺς = minus infelix? et P = N i. e. ὁ ἀδικῶν μὴ διδοὺς δίκην = infelicior? Jam nulla alia ratione clarius, opinor, apparere potest, P = N adesse in conclusione, tum etiam G adesse, posteriorem autem partem τοῦ K a scribis omissam esse. Res enim eodem redit, sive participiis sive infinitivis sive substantivis utens eadem exprimas: sed omnia in hujusmodi argumentationibus ruant necesse est, si unum ὁ ἀδικῶν significare possit haec ὁ ἀδικῶν δίκην διδοὺς, aut

ὁ ἀδικῶν haec δίκην διδοὺς, aut ἡ ἀδικία haec ἀπαλλαγὴ τῆς ἀδικίας. Utrumque autem et K et P, si infinitivo utens utrumque scripseris, esse καλὸν, nemo legens 472 E., 473 D f., 476 A. et 478 C f. et intelligens infitias ire potest. Itaque cum ὁ λόγος suppeditet ipsas voces τὸ ἀδικοῦντα διδόναι δίκην, ne ex metro quidem major evidentia ulli emendationi accedere potest; metrum enim tantum indicat voces corruptas et locum vocibus vacuum, argumentatio autem Socratica etiam ipsas auctoris voces, a scribis corruptas et omissas, critico suppeditat. — Reliqua perverse intellecta enucleare nunc omitto praeter hoc unum. Putant enim in tertia parte τοῦ λόγου demonstrari τὴν δίκην esse κάλλιστον. Verum ἡ δίκη epitheton κάλλιστον sive καλλίστη habet, ut ex eo quasi derivetur πλείστη ejus ὠφέλεια, deinde, hoc concesso, concludatur, τὸν (ἀδικοῦντα) διδόντα δίκην (sive per τὴν δίκην) μεγίστου κακοῦ ἀπαλλάττεσθαι: quod unum et solum in hac τοῦ λόγου parte sive argumentatione demonstratur. Bene enim scito, primae τοῦ λόγου parti ex secunda accedere τὸ κακὸν ψυχῆς esse = μέγιστον κακὸν, et ex tertia τὸ δίκην διδόναι esse = (non κακοῦ sed) μεγίστου κακοῦ ἀπαλλάττεσθαι, exque his tribus unum hoc τὸ ἀδικοῦντα διδόναι δίκην = ἀπαλλάττεσθαι τοῦ μεγίστου κακοῦ tanta ἀνάγκῃ prodire, ut ne una quidem vox a Polo moveri vel in controversiam vocari possit. Praeterea disputantes in 476 B in. sumunt τὰ δίκαια esse = καλὰ, et convenit de hoc inter eos τὸν λόγον orsuros, ut argumentatio bene procedere possit. Numne igitur deinde in ipso λόγῳ demonstrari posse putas τὰ

δίκαια esse = καλὰ, aut τὴν δίκην esse = κάλλιστον? Vel coeco equidem puto liquere, non posse. Et revera Polus in 476 E. respondens Πάνυ γε. ad quaestionem Τὰ δὲ δίκαιά που καλὰ ὡμολόγηται; et in 478 B. Πολὺ διαφέρει — ἡ δίκη. ad quaestionem Τί τούτων κάλλιστόν ἐστιν; utroque loco solis his responsis approbat utrumque epitheton et καλὰ et κάλλιστον, deinde Socrates, eo dato et sumto, pergit argumentari. Hac demum ratione intelligendae et interpretandae sunt disputationes Socraticae. Mittamus nunc argumentationes.

His exploratis, jam audacius, puto, sola grammatica duce, eluemus ejusdem generis sordes, quibus scribae foedarunt ex. gr. 453 B., ubi Socrates, non argumentans, sed sermocinans cum Gorgia haec dicit: ἐγὼ τὴν ἀπὸ τῆς ῥητορικῆς πειθὼ, ἥτις ποτ' ἐστὶν ἣν σὺ λέγεις, καὶ περὶ ὥντινων πραγμάτων ἐστὶ πειθὼ, σαφῶς μὲν, εὖ ἴσθ' ὅτι, οὐκ οἶδα, οὐ μὴν ἀλλ' ὑποπτεύω γε ἣν οἶμαί σε λέγειν καὶ περὶ ὧν. In horum postremis est additamentum, quo pessum datur Atticus sermo. Primum enim nihil ineptius dici potest quam ita dictum: *suspicor* quod *puto* te dicere. Quod quo clarius appareat, simili additamento depravemus his similia, sed sana, quae leguntur Rep. 398 C. οὔκουν ἱκανῶς γ' ἔχω ἐν τῷ παρόντι ξυμβαλέσθαι ποῖ' ἄττα δεῖ ἡμᾶς λέγειν, ὑποπτεύω μέντοι. hoc modo: — ὑποπτεύω μέντοι οἷ' οἶμαι ἡμᾶς δεῖν λέγειν: quo additamento haec illis non foediora erunt neque ineptiora. Quid enim sibi volunt ὑποπτεύω ἣν (vel οἷ') οἶμαι —? quae vis verbi ὑποπτεύειν superest ita cum verbo οἴεσθαι copu-

lati? Nulla prorsus, si quidem τῷ σαφῶς εἰδέναι opponitur τὸ ὑποπτεύειν, τὸ τοπάζειν, τὸ οἴεσθαι, sim. quemadmodum discimus ex manifestissimis exemplis his: Gorg. 489 D. ἐγὼ μὲν — πάλαι τοπάζω τοιοῦτόν τι σε λέγειν τὸ κρεῖττον, καὶ ἀνερωτῶ γλιχόμενος σαφῶς εἰδέναι ὅ τι λέγεις. Rep. 341 A. οἴει γάρ με — σε ἐρέσθαι, ὡς ἠρόμην; Εὖ μὲν οὖν οἶδα κτὲ. quibus nemo non multa exempla addere posset. Cum igitur ὑποπτεύω in talibus sit fere = οἴομαι, in ὑποπτεύω ἦν οἶμαι est tautologia haud absimilis ei, quae est in supra explosis κολαζόμενος δίκην διδούς. Sed praeterea contendimus Atticum sermonem requirere ellipsin post illa ὑποπτεύω γε, ad quae cogitatione supplendum totum objectum τοῦ σαφῶς οὐκ οἶδα. Quam ellipsin cum male suppleverint subjungentes οἶμαι illud τῷ ὑποπτεύω, quasi ἐπ' αὐτοφώρῳ deprehendimus eosdem, quibus mancam ellipsin in 470 A. deberi demonstravimus argumenta afferentes etiam ex dialectica Socratica. Ut dicam quam sortem locum habuisse putem, librarius sensui opitulaturus ad ὑποπτεύω γε animo concepisse videtur haec verba: οὐ μὴν ἀλλ' οἶμαί γ' εἰδέναι ἣν σὺ λέγεις καὶ περὶ ὧν, sed ea partim litteris mandasse verbumque ὑποπτεύω omittere oblitus esse, vel saltem non sensisse, quam obsurdum sit illud οἶμαι sic post ὑποπτεύω positum. Abjicimus igitur istas sordes ἣν οἶμαί σε λέγειν καὶ περὶ ὧν et restituimus ellipsin. Vide exemplum vel in proximis 449 B. — οὐ μὴν ἀλλὰ πειράσομαί γ' ὡς διὰ βραχυτάτων. quamquam hic necessario praeter ellipsin accedunt voces ὡς διὰ βραχυτάτων, quoniam hae ex adjectivorum positivis intelligi

non possunt. Alterum exemplum Rep. 398 C. — ὑποπτεύω μέντοι. jam supra totum scripsimus. Superest, ut conferamus quae Socrates dicit respiciens ad locum, de quo agimus. Postquam igitur Gorgias tandem obtemperans Socrati diserte dixit in 454 B., rhetoricam esse artem τῆς ἐν δικαστηρίοις πειθοῦς et περὶ τῶν δικαίων τε καὶ ἀδίκων, Socrates eum excipit his verbis: Κἀγώ τοι ὑπώπτευον ταύτην σε λέγειν τὴν πειθὼ καὶ περὶ τούτων, ὦ Γοργία. Quae sunt fere eadem verba, quamquam constructio hic alia est. Uti igitur nusquam, neque hic, τῷ ὑποπτεύειν adest τὸ οἴεσθαι, ita quoque in loco supra scripto illud ne tunc quidem ferri posset, si constructio nullam flagitaret ellipsin. Sed flagitari ellipsin quisque vel sentit locum ita scriptum legens: ἐγὼ τὴν ἀπὸ τῆς ῥητορικῆς πειθὼ, ἥτις ποτ' ἐστὶν ἣν σὺ λέγεις, καὶ περὶ ὥντινων πραγμάτων ἐστὶ πειθὼ, σαφῶς μὲν, εὖ ἴσθ' ὅτι, οὐκ οἶδα, οὐ μὴν ἀλλ' ὑποπτεύω γε· οὐδὲν μέντοι ἧττον ἐρήσομαί σε. Haec tantum speciminis ergo.

Perveni ad ea, quae postremo inquirere atque expedire in animo erat. Nimirum locutionum aliquot Atticarum inquisitionem huic schedulae destinavi, ut prorsus alius generis quaedam et omnibus notiora harum rerum peritis et amantibus exhiberem, unde simul intelligant ac videant, scribas ne constantissimis quidem loquendi formulis sexcenties recurrentibus pepercisse, sed omnia pariter in omnibus Platonis scriptis eadem temeritate et negligentia depravasse, simul,

me non nimio quodam emendandi studio ductum, sed eadem corrigendi ratione ac fiducia usum et in vulgaribus his et in argumentationibus criticam exercere. Haec autem, cum simplicissima sint et faciliora ad probandum, paucioribus absolvi poterunt.

Socrates in Gorg. 452 A. fingit medicum secum confabulari. Si igitur, sic fingit, ipse quaereret e medico, suam artem multo praestantiorem quam Gorgiae artem praedicante, Τί οὖν λέγεις; ἦ τὸ τῆς σῆς τέχνης ἔργον μέγιστόν ἐστιν ἀγαθόν; ad haec pergit fingere medicum respondentem Πῶς γὰρ οὔ, φαίη ἂν ἴσως, ὦ Σώκρατες, ὑγίεια; τί δ' ἐστὶ μεῖζον ἀγαθὸν ἀνθρώποις ὑγιείας; Etiam in his scribae perperam supplentes ellipsin certissimam nobis pararunt emendationem. In Platonis editione Didotiana siglis indicavi vocem ὑγίεια omittendam esse. Argumenta igitur desiderans nunc ea audiat. Ubi sententia est simplicissima, loquendi formulae πῶς γὰρ οὔ; πῶς γάρ; πῶς δ'οὔ; τί μήν; sim., quibus utuntur respondentes, ellipticae sunt. Vide illam πῶς δ' οὔ; simili additamento oneratam a scribis in Rep. 455 B. Ἔστιν οὖν ὅπως οὐ πάμπολυ διαφέρει γυνὴ ἀνδρὸς τὴν φύσιν; Πῶς δ' οὐ διαφέρει; Prima πῶς γὰρ οὔ; recurrit paulo inferius in Gorg. 452 C. Τί οὖν: κρίνεις σὺ μέγιστον ἀνθρώποις ἀγαθὸν εἶναι πλοῦτον; Φήσομεν. Πῶς γὰρ οὐκ; ἐρεῖ. Huic autem si adscripseris simile quid sic: Πῶς γὰρ οὐκ, ἐρεῖ, πλοῦτον; jam tria habebis exempla, in quibus Atticus sermo ad eandem rationem pessum datus est. Quo igitur jure vox πλοῦτον, si adscripta esset, ferri non posset, eodem voces adscriptas ὑγίεια

et διαφέρει ferri non posse contendimus. Si enim voces quaedam requirerentur, non illae, sed aliae adscribendae essent. Nam in Gorgia vox μέγιστον habet emphasin, in Republica vox πάμπολυ: quod scribae feliciter non adtenderunt. Quare in Gorgia demum recte scripsissent πῶς γὰρ οὐ μέγιστον κτέ.; pro πῶς γὰρ οὔ, —, ὑγίεια; et in Republica πῶς δ' οὐ πάμπολυ; pro πῶς δ' οὐ διαφέρει; Quod qui non sentiat monitus discat ex locis, ubi, cum sententia non simplex sit, repetenda quaedam vox formula illa utenti, qualis legitur Rep. 556 A. Οἱ δὲ δὴ χρηματισταὶ ἐγκύψαντες οὐδὲ δοκοῦντες τούτους ὁρᾶν τῶν λοιπῶν τὸν ἀεὶ ὑπείκοντα ἐνιέντες ἀργύριον τιτρώσκοντες καὶ τοῦ πατρὸς ἐκγόνους τόκους πολλαπλασίους κομιζόμενοι πολὺν τὸν κηφῆνα καὶ πτωχὸν ἐμποιοῦσι τῇ πόλει. Πῶς γάρ, ἔφη, οὐ πολύν; Polit. 260 C. Φέρε δή, τούτοιν τοῖν τέχναιν ἡμῖν τὸν βασιλικὸν ἐν ποτέρᾳ θετέον; ἆρ' ἐν τῇ κριτικῇ, καθάπερ τινὰ θεατήν; ἢ μᾶλλον τῆς ἐπιτακτικῆς ὡς ὄντ' αὐτὸν τέχνης θήσομεν δεσπόζοντά γε; N. Σ. Πῶς γὰρ οὐ μᾶλλον; al. Verum in sententia simplicissima nulla vox repetenda. Ne nunc mihi proferas hujusmodi locos: Euthyd. 301 B. Πῶς γὰρ οὐκ ἀπορῶ, ἔφη, κἀγὼ καὶ οἱ ἄλλοι πάντες ἄνθρωποι ὃ μὴ ἔστι; Phil. 41 B. Πῶς γὰρ οὔκ; εἴπερ γ' εἰσίν. Rep. 405 E. Πῶς γὰρ οὐχί; οἰκήσεις γὰρ κτέ. Ibid. 505 C. Πῶς γὰρ οὐχί, ἦν δ' ἐγώ, εἰ ὀνειδίζοντές γε κτέ. Soph. 241 A. Πῶς γὰρ οὐ μανθάνομεν, ὅτι τἀναντία φήσει λέγειν ἡμᾶς κτέ. Nam in omnibus his locis respondens pergit loqui: in primo et ultimo ita, ut, nisi repetat verbum ἀπορῶ et μανθάνομεν, constructio claudicet: in reliquis ita,

ut praeter formulam illam alia addat, sed nullum vocabulum ipsi formulae. Quare in Rep. 505 C. formula illa a reliquis separetur post οὐχί ponendo signum interrogationis. Hujusmodi igitur locos ne proferas, sed potius conferas et consideres exempla quavis fere pagina obvia, in quibus simplicissima sententia simpliciter affirmatur hac formula. Atque secundum haec corrige Phil. 50 C. Πῶς γὰρ οὐ μανθάνομεν; 52 B. Πῶς γὰρ οὐ ῥητέον; Soph. 233 C. Πῶς γὰρ οὐκ ἀδύνατον; 235 A. Πῶς γὰρ οὐ θετέον, Pol. 265 D. Πῶς γὰρ οὐ δῆλος; abjiciendo languida illa μανθάνομεν, ῥητέον, ἀδύνατον, θετέον, δῆλος: quemadmodum etiam in Gorg. 452 delenda vox ὑγίεια, quam si scribere potuisset Plato et si scripsisset, sine dubio etiam pro proxime sequenti ὑγιείας scripsisset pronomen ταύτης. Praeterea, quod etiam latuit scribas, scribendum fuisset aut Πῶς γὰρ οὐχ ὑγίεια; Φαίη ἂν ἴσως, κτέ.; secundum Euthyd. 301 B. aut Πῶς γάρ, Φαίη ἂν ἴσως, —, οὐχ ὑγίεια; secundum Rep. 556 A. Vel locus igitur, quo posita est vox ὑγίεια, jam prodit scribas. Superest, ut moneam, interdum his formulis subjungi verba μέλλειν vel βούλεσθαι, quae movere non ausim. Reliqua supra exploratis similia Platonem versantes ad eandem rationem expediant, ne cumulemus exempla.

Fortasse unus et alter, cui Platonis scripta non sunt in deliciis, nimiae me accusabit audaciae. Verum certo scio, omnes me omnis audaciae ac temeritatis absoluturos, si mecum expedierint dicendi formulam etiam aliis Atticis scriptoribus non raro usurpatam, sibi certe notiorem, quae legitur in Rep. 498 D. Εἰς

μικρόν γ', ἔφη, χρόνον εἴρηκας. Εἰς οὐδὲν μὲν οὖν. 608 C. — πᾶς οὗτός γ' ὁ ἐκ παιδὸς μέχρι πρεσβύτου χρόνος πρὸς τὸν πάντα ὀλίγος πού τις ἂν εἴη. Οὐδὲν μὲν οὖν, ἔφη. Pol. 282 D. Ξ. Τὸ συγκριτικὸν — διαιρετέον, εἴπερ ἱκανῶς μέλλομεν τὴν προρρηθεῖσαν ὑφαντικὴν αἱρήσειν. N. Σ. Οὐκοῦν χρή. Ξ, Χρὴ μὲν οὖν. Phil. 65 A. ὡς — ὀρθότατ' ἂν αἰτιασαίμεθα —, καὶ διὰ τοῦθ' ὡς ἀγαθὸν ὂν τοιαύτην αὐτὴν γεγονέναι. Π. 'Ορθότατα μὲν οὖν. Luciani Nigr. 1. Λ, Οὐ θαυμαστὸν εἶναί σοι δοκεῖ, πρὸς Διὸς, ἀντὶ — τετυφωμένου γενέσθαι μετριώτερον; E. Μέγιστον μὲν οὖν. Est in his omnibus notissima formula — μὲν οὖν, quae est corrigentis proxime praecedens dictum. Huic autem formulae vix aliquid adscribi potuit a librariis: attamen nullus horum locorum morbo vacat. Nihil igitur exsecabimus, sed alia ratione iis medebimur. Est constructio etiam hujus formulae tam certa et constans, ut neque in hac corrigenda errare possimus. Certo certius Plato scripsit in Rep. 498 D. Εἰς οὐδένα μὲν οὖν. non Εἰς οὐδὲν μὲν οὖν. et in 608 C. Οὐδεὶς μὲν οὖν. non vero Οὐδὲν μὲν οὖν, cum hac formula utens ubique eadem utatur constructione, quae est in praecedentibus. Igitur ob praecedens εἰς χρόνον requiritur εἰς οὐδένα μὲν οὖν. et οὐδεὶς μὲν οὖν ob praecedens πᾶς χρόνος — ὀλίγος. In Pol. 282 D. pro αἱρήσειν N. Σ. Οὐκοῦν χρή. scriptum fuit αἱρήσειν· οὐκ οὖν χρή; quae tribue τῷ Ξ, reliqua Χρὴ μὲν οὖν. τῷ N. Σ. Est enim χρὴ μὲν οὖν. corrigentis responsum ad οὐ χρή; quemadmodum ex. gr. καλῶς μὲν οὖν, ἀληθὲς μὲν οὖν, φημὶ μὲν οὖν, οὗτος μὲν οὖν. responsa sunt ad οὐ καλῶς; οὐκ ἀληθές; οὐ

φημι: οὐχ οὗτος; In Phil. 65 A. ὀρθότατ' ἂν librarii fecerunt ex ὀρθῶς ἄν. Nam Attici ubique adverbii superlativum dant corrigenti ejusdem adverbii positivo utentem. Itaque praemissis in positivo ex. gr. adverbiis ἀδεῶς, ἁπλῶς, πολλάκις, respondens utitur eorumdem superlativis ἀδεέστατα, ἁπλούστατα, πλειστάκις. — Confer Rep. 559 A. ἆρ' οὐ καλῶς ἂν λέγοιμεν; Καλῶς μὲν οὖν. 581 A. ἢ ἐμμελῶς ἂν ἔχοι; Ἐμμελέστατα μὲν οὖν, al. adde, de quo mox, Phil. 30 C. Talia dico confer, si forte putas in Rep. 608 C. et Phil. 65 A. optativum cum ἂν aliquid demere posse emendationis evidentiae. Superest unus locus, Luc. Nigr. 1. Verum Lucianus ipse saepe lapsus est, imprimis Atticas locutiones, quales persecuti sumus, sectans. Igitur censeo, non corrigenda esse illa Οὐ θαυμαστὸν —; Μέγιστον μὲν οὖν, quae in Platone ferri non possent. Non melius scripsit auctor Alcibiadis II. 146 B. ἆρ' οὐκ ἂν ὀρθῶς λέγοιμεν —; ΑΛ. Ὀρθῶς μέντοι νὴ Δία. Neque igitur haec corrigenda: sed immutata una cum reliquis perperam in hoc dialogo usurpatis hujusmodi formulis argumento sunt omnibus omnium manifestissimo, Platonem non esse ejus auctorem. Operae pretium est cum loquendi formula — μὲν οὖν. conferre hanc — γὰρ οὖν. contrariam illi vim habentem. Vide exempla quaedam Phil. 30 C. Σοφία μὴν καὶ νοῦς ἄνευ ψυχῆς οὐκ ἄν ποτε γενοίσθην. ΠΡ. Οὐ γὰρ οὖν. D. — ἔστι (οὗτος ὁ λόγος) τοῖς μὲν πάλαι ἀποφηναμένοις ὡς ἀεὶ τοῦ παντὸς νοῦς ἄρχει ξύμμαχος ἐκείνοις. ΠΡ. Ἔστι γὰρ οὖν. Phdr. 259 D. — λεκτέον —. Φ. Λεκτέον γὰρ οὖν. Gorg. 466 E. ἔφης

ἀγαθὸν εἶναι τῷ δυναμένῳ. Π. Φημὶ γὰρ οὖν. Pol. 265, bis, al. Xenoph. Oecon. XVII. 1. Περὶ μὲν τῆς νεοῦ ὁρᾷς —, ὡς ἀμφοτέροις ἡμῖν, ταὐτὰ δοκεῖ. Δοκεῖ γὰρ οὖν. Est igitur haec formula contra, non corrigentis, sed diserte approbantis proxime praecedens dictum. Ut exemplo utar, unde simul constructio eluceat, ad verba — πᾶς οὗτός γ' ὁ ἐκ παιδὸς μέχρι πρεσβύτου χρόνος πρὸς τὸν πάντα ὀλίγος πού τις ἂν εἴη. corrigentis est responsum οὐδεὶς μὲν οὖν, ajentis et approbantis ὀλίγος γὰρ οὖν. ad οὐ φῄς. approbans respondet οὐ γὰρ οὖν, corrigens φημὶ μὲν οὖν. Uti igitur τῷ φημὶ μὲν οὖν praemitti non potest οὐκ ἔφησθα, neque in Gorg. 466. ἔφης ferri potest, sequente φημὶ γὰρ οὖν, sed requiritur φῄς: ipsa enim φημὶ γὰρ οὖν optime se habent, et φημὶ ideo mutari non potest in ἔφην, ut retineatur illud ἔφης, vel potius Atticum ἔφησθα, quod cum imperfecto ἔφην potius γάρ, non γὰρ οὖν conjungunt. Talia persequentes vide quam certam scientiam nobis paremus. In Gorg. 454 D. nonnulli ediderunt Δῆλον γὰρ οὖν ὅτι οὐ ταὐτόν ἐστιν. plurimi Δῆλον γὰρ αὖ ὅτι κτἑ. Sed his οὖν et αὖ non absurdius ἄν, quod unus codex habet. De γὰρ οὖν in conclusione ipse jam judices. Et nulla praecedit argumentatio, unde conficiatur, aliquid δῆλον esse, quod idem nunc αὖ δῆλον dicat Socrates. Alia via igitur ingredienda. Requiritur particula syllogistica, quae fuit in sic scriptis ΔΗΛΟΝΑΡΟΤΙ i. e. δῆλον ἄρ' ὅτι, unde librarii omnia alia fecerunt. Idem enim ἄρα saepe mutarunt vel omiserunt, ubi deesse nequit, saepe invexerunt, ubi nemo id desiderare potest. Mu-

tatum ab iis in argumentatione 478 C. supra ostendimus. Adde nunc 462 D, ubi ex ΤΑΤΤΟΝΑΡϾϹΤΙΝ scripserunt ταὐτὸν δ' ἐστίν. Et nisi unus codex ἄρα salvum haberet, quis crederet δὲ ex eo fecisse scribas? quis ἄρ' pro δ' reponenti assentiretur? Phil. 46 A. Plato scripsit ΤΟΤΤΟΓΩΣΩ i. e. τοῦτό γ', ὦ Σώ(κρατες), librarii scripserunt τοῦτό γ' ἄρα, ὦ Σ., alii τοῦτο γὰρ, ὦ Σ. Theaet. 171 C. ϾΙΚΟϹΓΑΡϾΚ i. e. εἰκὸς γὰρ ἐκ(εῖνον) sic tradiderunt εἰκός γε ἄρα ἐκ. Gorg. 527 A. ΟΤΔϾΝΓΑΝΗΝ i. e. οὐδέν γ' ἂν ἦν; unius tamen codicis lectio γὰρ scribis debetur. Imprimis autem ex talibus effingere amant istud γε ἄρα. Attici vero crebro usurpant γέ τοι, γέ τοι δή, γε δή, γε μήν, γέ που, γοῦν, et, quod est interrogantis, ἆρά γε: sed γε ἄρα ignorant. Apparet igitur scribas non raro scripsisse quodcunque iis collibuerit. — Huc pertinet Phil. 37 A. Καὶ τό γε ᾧ τὸ ἡδόμενον ἥδεται (ἐστί τι); In libello citato jam ostendi scriptum fuisse hic ΤΟΓϾΦΩΙ i. e. τό γ' ἐφ' ᾧ. Nonnulli autem spernere videntur hanc emendationem. Igitur nunc argumenta afferam. In argumentationibus ᾧ ἥδεταί τις significat apud Platonem *cujus opera* quis ἥδεται, ex. gr. ῥινὸς ὤτων, sed ἐφ' ᾧ *quo* (i. e. ob quod) quis ἥδεται. Scribendum igitur hic ἐφ' ᾧ, quod flagitat argumentatio.

Hic finem facturus scribendi, nondum tamen ponere possum Platonem, nisi exploratis his: εἴ μοι εἶπες ὅτι (Ζεῦξίς ἐστιν) ὁ τὰ ζῷα γράφων, ἆρ' οὐκ ἂν δικαίως σε ἠρόμην, ὁ τὰ ποῖα τῶν ζῴων γράφων καὶ ποῦ; (453 C), qui locus ad hunc usque diem interpretum esse crux non debebat. Conjecerunt enim et conjiciunt pro ποῦ

legendum τοῦ, πῇ, πόσα, πόσου, et nuperrime ποῖα οὗ, et ᾗ οὗ (omisso καὶ). Quidni etiam ΙΟΥΙΟΥ, unde scilicet ΚΑΙΠΟΥ totidem litteris facillime fecerint scribae? Maxime autem mirum tibi videatur, talia conjicientes spernere unice verum πῶς jam olim inventum, nisi audias quibus argumentis hoc defendant. Lubet igitur primum specimen quoddam hujus defensionis atque interpretationis referre, deinde his quasi γραῶν ὕθλοις certissima opponere argumenta e grammatica petita, ne interpretes amplius verum spernant seque erucient falsis falsiora conjiciendo. Ultimorum igitur verborum ὁ τὰ ποῖα τῶν ζώων γράφων καὶ πῶς hanc bellam periphrasin fingunt: περὶ τίνων ἡ γραφὴ αὐτοῦ ἐστι, καὶ τίνα αὐτὴν εἶναι λέγεις; ut haec quaestio facilius comparari possit cum his: τίς ἡ πειθὼ (ἣν Γοργίας λέγει), καὶ περὶ τίνων πραγμάτων (B), et cum his ποία ἡ πειθὼ, καὶ περὶ τί; (E et 454 A). Itaque quaestio haec vel potius ejus periphrasis secundum eos membratim, per chiasmum scilicet, respondet quaestioni, quae legitur in B, hoc modo: τὰ ποῖα τῶν ζώων γράφων i. e. περὶ τίνων ἡ γραφὴ αὐτοῦ = περὶ τίνων πραγμάτων ἡ πειθώ. tum πῶς i. e. τίνα αὐτὴν (τὴν γραφὴν) εἶναι λέγεις = τίς ἡ πειθώ. — Ergo legendum πῶς (!). Verum praeterquam quod toto coelo a grammatica ratione aberrant, non sentiunt, si sic eadem quaestionis periphrasis membratim conferatur cum altera quaestione ποία ἡ πειθὼ καὶ περὶ τί; quae legitur in E et 454 A., hoc cogi, haec περὶ τί ἡ πειθὼ = περὶ τίνων ἡ γραφὴ αὐτοῦ i. e. τὰ ποῖα τῶν ζώων γράφων sibi respondere, nec non haec ποία

ἡ πειθὼ = τίνα αὐτὴν (τὴν γραφὴν) εἶναι λέγεις i. e. πῶς; paucis ut dicam, τὰ ποῖα = περὶ τί, nec non πῶς = ποία sibi respondere. Qua hallucinatione cum nulla stolidior esse possit, ad grammaticam redeamus et argumenta afferamus, e sexcentis locis ducta. Ubicunque rei cujusdam ποιότης (sit venia verbo Platonico) in universum et simpliciter inquiritur vel proponitur, interrogativis ποῖος vel ποῖός τις vel τίς horumve formis demonstrativis vel relativis utitur Plato. Verum his non solis utitur, sed saepissime iis adjungit adverbia πῶς, ὅπως, οὕτως, quae secundum nostrarum linguarum idioma fere supervacanea videntur. Quod exemplis illustrandum. Socrates, consideratis voluptatibus et doloribus quibusdam falsis, aliud eorum genus ab his diversum se suspicari esse et consideraturum Protarcho dicit. Quaerit statim Protarchus has ἡδονὰς et λύπας cognoscere et dignoscere a reliquis cupiens: Ποίας δὴ καὶ πῶς λέγεις; (Phil. 42 C.). Socrates in Phdr. 261 A. fingit dicitque, se quasi audire τινῶν προσιόντων καὶ διαμαρτυρομένων λόγων, ὅτι κτέ., quemadmodum solet quaedam in medium prolaturus, quorum rationem habendam judicat. Phaedrus igitur haec cupiens audire et cognoscere eum his verbis excipit: Τούτων δεῖ τῶν λόγων, ὦ Σώκρατες, ἀλλὰ δεῦρ' αὐτοὺς παράγων ἐξέταζε, τί καὶ πῶς λέγουσιν. His simillima Phil. 53 D. Σ. Ἐστὸν δή τινε δύο, τὸ μὲν αὐτὸ καθ' αὑτό, τὸ δ' ἀεὶ ἐφιέμενον ἄλλου. Π. Πῶς τούτω καὶ τίνε λέγεις; Ibid. 54 E. 64 D al. In his igitur exemplis et quae innumera his addi possent ne membratim accipias illam quaestionem neque illud

πῶς urgeas. Jam videamus de Gorg. 453 C. Socrates hoc agit, ut cogat Gorgiam omnem verborum ambiguitatem tandem missam facere et diserte explicare, quibus ἡ ῥητορικῆς πειθὼ a reliquis reliquarum artium diversa sit et dignoscatur, cum non una sit πειθὼ neque unius artis, sed plures plurium artium. Cogit igitur eum, ut melius respondeat et definiat τὴν ῥητορικῆς πειθὼ, dum eum paucissimis verbis cogit fateri, si rogatus ex. gr. *quis pictorum est Zeuxis?* respondisset *is qui animalia pingit*, hoc responsum non sufficere, sed alia indigere quaestione, qua in universum quaeratur, quae sit Zeuxidis tanquam animalium pictoris ποιότης: esse enim non unum animalium pictorem, sed plures. Quae cum sit simplex quaestio, quales quavis fere pagina obvias esse diximus, requiritur πῶς pro ποῦ. Et potuisset sane Socrates, si non ample sed in universum eam rem tractasset, etiam in 453 A. uti quaestione ποίαν δὴ καὶ πῶς λέγεις; postquam Gorgias assensus erat, πειθὼ esse τὴν ῥητορικῆς πραγματείαν. Sed enucleate et gradatim haec tractat, et utitur illis περὶ τί et περὶ τίνων πραγμάτων certo consilio hoc, ut Gorgias respondeat tandem haec — περὶ τούτων, ἅ ἐστι δίκαιά τε καὶ ἄδικα (454 B.), unde deinde reliquam disputationem quasi derivet. Postquam enim Gorgias ad primam quaestionem (περὶ τί rhetorices ars versatur) vix hoc ambiguum responsum dedit περὶ λόγους (449 E.), et ad secundam (περὶ τί hi λόγοι versantur) hoc aeque ambiguum περὶ τὰ μέγιστα καὶ ἄριστα (451 D.) i. e. τὰ πείθειν τοῖς λόγοις (452 E.), Socrates tandem quaerens, περὶ τί haec πειθὼ

versetur, ea, quae ipse volebat, *περὶ τὰ δίκαιά τε καὶ ἄδικα* (454 B.) ex eo elicit. Haec igitur Socrates nulla alia ratione interrogando assequi potuit. — Alium locum exploremus, qui simul exemplum sit hujus locutionis manifestissimum praeter supra allata. In Phdr. 235 C. Socrates priscorum et sapientium quorumdam virorum et mulierum mentionem injicit, quorum dicta de iis, de quibus cum Phaedro disceptat, non contemnenda censet. Phaedrus igitur statim quaerit *Τίνες οὗτοι καὶ ποῦ σὺ βελτίω τούτων ἀκήκοας*; Quid in his sibi vult illud *ποῦ?* Estne hic vel absurdius quam in Gorgia? Nemo tamen unquam hoc sollicitavit, quamquam Platonem id scribere non potuisse proxime sequentia verba clamant et Socratis — *ἐπιλέλησμαι ὅπως τε καὶ ὧντινων ἤκουσα* et Phaedri — *σὺ γὰρ ἐμοὶ ὧντινων μὲν καὶ ὅπως ἤκουσας μηδ' ἂν κελεύω εἴπῃς*: in quibus eadem vocabula relativa forma repeti nemo negare potest. Eodem igitur jure hic *πῶς* Platoni vindicandum. Accedat Rep. 584 B, ubi Socrates docturus Glauconem, esse voluptates quae non sequantur dolores, postquam demonstravit *ἡδονὴν*, quae sit *παῦλα λύπης*, esse *φάντασμα* quoddam *πρὸς ἡδονῆς ἀλήθειαν*, haec dicit *Ἰδὲ τοίνυν ἡδονὰς αἳ οὐκ ἐκ λυπῶν εἰσὶν,* —. Statim *Ποῦ δή, ἔφη* (Glauco), *καὶ ποίας λέγεις*; Numne istud *ποῦ* hic ferre potes? Ubique igitur pro sic posito lege *πῶς*. Saepissime enim scribae peccarunt in Attica hac loquendi ratione, neque solum in vocula *πῶς*. Nam eadem ratione *πῶς* conjungitur cum *πῇ*, *πόθεν* sim. ex. gr. Phdr. 269 D. *τὴν — ῥητορικοῦ — τέχνην πῶς καὶ πό-*

θεν ἄν τις δύναιτο πορίσασθαι. Jam quisque, opinor, haec omnia monitus taliaque attendens melius sentit, quantum abhorreat ab Attico sermone et quam insulsum sit πῶς ἢ πόθεν, quod tamen pro πῶς καὶ πόθεν, ut hoc loco defungar, adhuc legitur in Arist. Plut. 906.

Χ. Τί δαί; τέχνην τιν' ἔμαθες; Σ. Οὐ μὰ τὸν Δία.
Χ. Πῶς οὖν διέζης ἢ πόθεν μηδὲν ποιῶν;

